

auscultate horum predicationi. Ego enim placido vultu intueor habitaculum illud meum, et de Sion exeat lex, et verbum Domini de Jerusalem. Abundabit omnibus divitiis spiritalibus, etc., quæ toti orbi sufficient. Tunc temporis hic dilaceratus deferentur munera; nam et se et ab ipso quæo vilissimum deferentur munera; et sua omnia Deo offerent. Vide Soph. 3: *Ultra flumina Æthiopiæ, inludè supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus mihi, etc.* Plenæ sunt historie sanctitatis Thebaide et totius illius regionis. Post quem non fuit alius. Expectante, expectante. Cav cav, lineæ lineæ, id est, qui frequentibus utitur lineis dimensionis. Quem locum quia verba

## CAPUT XIX.

1. Onus Ægypti. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægyptum, et commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus, et cor Ægypti tabesceat in medio ejus.
2. Et concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios; et pugnabit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, civitas adversus civitatem, regnum adversus regnum.
3. Et dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus ejus et consilium ejus præcipitabo; et interrogabunt simulacra sua, et divinos suos, et pythones, et ariolos.
4. Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, et rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum.
5. Et arcescet aqua de mari, et fluvius desolabitur, atque siccabitur.
6. Et deficient flumina; attenuabuntur, et siccabuntur rivi aggerum; calamus et juncus marcescet.
7. Nudabitur alveus rivi à fonte suo, et omnis sementis irrigua siccabitur, arcescet, et non erit.
8. Et merebunt piscatores, et lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, et expandentes rete super faciem aquarum emarcescent.
9. Confundentur qui operabantur limum, pectentes et textentes subtilia.
10. Et erunt irrigua ejus flaccientia; omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.
11. Stulti principes Tanæos: sapientes consiliiarii Pharaonis nederunt consilium insipientis. Quomodo dicetis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius regum antiquorum?
12. Ubi nunc sunt sapientes tui? annuntiant tibi, et indicent, quid cogitaverit Dominus exercituum super Ægyptum.
13. Stulti facti sunt principes Tanæos; emarcentur principes Memphis; decepterunt Ægyptum, angulum populorum ejus.
14. Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis; et errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius et vomens.
15. Et non erit Ægypto opus, quod faciat: caput et caudam, incurvantem et refrenantem.

Strabonis illustrent, libuit ad ascribere ex lib. 17. Is cum multiplices divisiones quæ erant in terrâ Ægypti dinumerasset, Opus, inquit, fuit tam diligenti ac subtili locorum divisione, propter continuas finium confusiones quas Nilus ractus efficebat, nunc addendo, nunc adimendo, nunc immutato figuræ, et signa quædam obtruendo quibus proprium discernitur ab alieno; undè iterum atque iterum mensurari oportebat. Quare ab illis geometriam ortum credunt habuisse. Quæ quavis in Ægyptum dicta sint, cum bona pars Æthiopiæ eodem modo et flumine irrigaretur, verisimile est eisdem dimensionibus, quæ funibus fieri solent, usos fuisse Æthiopes, quamvis non tantâ peritiâ quantâ Ægyptii.

## CAPITRE XIX.

1. Prophétie contre l'Égypte. Voilà que le Seigneur montera sur un nuage léger, et il entrera dans l'Égypte, et les idoles d'Égypte seront ébranlées devant sa face, et le cœur de l'Égypte se fondra au milieu d'elle.
2. Et j'armerai les Égyptiens contre les Égyptiens; et le frère combatta contre son frère, l'ami contre son ami, la ville contre la ville, le royaume contre le royaume.
3. L'esprit de l'Égypte s'anéantira en elle, et je renverserai toute sa prudence; et ils consulteront leurs idoles, leurs devins, leurs pythons et leurs magiciens.
4. Je livrerai l'Égypte entre les mains de maîtres cruels, et un roi violent les dominera, dit le Seigneur Dieu des armées.
5. La mer se trouvera sans eaux, et le fleuve deviendra sec et aride.
6. Les rivières tariront, les canaux des chaussées diminueront et sécheront, les roseaux et les joncs se faneeront.
7. Le lit des ruisseaux sera sec à la source même, et tous les grains sémés le long de ses eaux se sécheront et mourront.
8. Les pêcheurs seront dans l'affliction; tous ceux qui jettent l'hameçon dans le fleuve seront dans les larmes, et ceux qui étendent leurs filets sur la surface des eaux tomberont dans la défaillance.
9. Ceux qui travaillaient en lin, qui le préparaient, qui en faisaient des ouvrages fins et délicés, seront dans la confusion.
10. Les lieux arrosés d'eau sécheront, et tous ceux qui faisaient des fosses pour y prendre du poisson seront dans l'abattement.
11. Les princes de Tanis ont perdu le sens: des sages conseillers de Pharaon ont donné un conseil plein de folie. Comment dites-vous à Pharaon: Je suis le fils des sages; je suis le fils des anciens rois?
12. Où sont maintenant vos sages? Qu'ils vous annoncent, qu'ils vous prédisent ce que le Seigneur des armées a résolu de faire à l'Égypte.
13. Les princes de Tanis sont devenus des insensés; les princes de Memphis ont perdu courage; ils ont sédui l'Égypte, et le soutien de ses peuples.
14. Dieu a répandu au milieu d'elle un esprit d'étourdissement; et ils ont fait errer l'Égypte dans toutes ses œuvres, comme chancelle un homme ivre, et celui qui rejette ce qu'il a pris.
15. L'Égypte sera dans l'incertitude de ce qu'elle doit faire; les grands comme les petits, ceux qui commandent et ceux qui obéissent.

16. In die illâ erit Ægyptus quasi mulieres; et stупebunt, et timebunt à facie commotionis mandis Domini exercituum, quam ipse movebit super eam.
17. Et erit terrâ Juda Ægypto in pavorem: omnis qui illius fuerit recordatus, pavebit à facie consilii Domini exercituum, quod ipse cogitavit super eam.
18. In die illâ erunt quinque civitates in terrâ Ægypti, loquentes linguâ Chanaan, et jurantes per Dominum exercituum: civitas Solis vocabitur una.
19. In die illâ erit altare Domini in medio terræ Ægypti, et titulus Domini juxta terminum ejus.
20. Erit in signum et in testimonium Domino exercituum in terrâ Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, et mittet eis salvatorem et propugnatorem qui liberet eos.
21. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, et cognoscetur Ægypti Dominum in die illâ, et colent eum in hostiis et in muneribus; et vota vovebunt Domino, et solvent.
22. Et percuet Dominus Ægyptum plagâ, et sanabit eam; et revertetur ad Dominum, et placabitur eis, et sanabit eos.
23. In die illâ erit via de Ægypto in Assyrios, et intrabit Assyrius Ægyptum, et Ægyptius in Assyrios, et serviet Ægyptii Assur.
24. In die illâ erit Israel tertius Ægypto et Assyrio: benedicito in medio terræ.
25. Cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedicite populus meus Ægypti, et opus manuum mearum Assyrio: hæreditas autem mea Israel.

## COMMENTARIUM.

VERB. 1. — Quod non omnia quæ hoc capite de Ægypto dicuntur in Ægyptum conveniant, neque juxta historiam de provinciâ illâ intelligenda sint, vide Hieronymum hoc loco. Non dubium autem quin Ægyptus tyrum gerat mundi, quem Dominus in Evangelio dicit se vicisse. Hinc est quod nonnulla de victoriâ Verbi Dei intelligi debeant. Certum quoque est et Ægyptum per Assyrios depopulatam fuisse. SUPER NUBEM LEVEM, id est, velocem, ut supra jam dictum est. Dicitur autem Deus veli nubibus non semel in Scripturis, ut velocitatem adventus ejus intelligant homines rudes. Sic hoc loco nihil adventum celerem designat. LIQUEVERO HERI cor Hebræis est animo cadere, viribus corporis ac animi destitui. Sicut enim Assyrii resistere non poterunt, ita neque predicationi verbi, quâ perierunt idola et cultus eorum interit. Animadvertete autem, ante liquefactionem cordis ponitur idolorum commotionem seu mutationem. Nam cum demones interrogati silerent et adventu Christi fugerentur, quid faceret homo Deo destitutus, nisi trepidare, et illum timere quem videbat diis suis formidabilem? Hinc est quod nonnulli etiam hodiè ad sanam mentem redeunt cum collapsos deos suos Dei solius virtute conspicunt: hæc enim tendit illa liquefactio cordis quam Dominus in hominum cordibus operatur quando ad penitentiam adducere eos incipit.

VERB. 2. — CONCURRERE FACIAM. Verbum compli-

16. En ce temps-là, les Égyptiens deviendront comme des femmes; ils s'étonneront, ils trembleront, parmi le trouble et l'épouvante que la main du Seigneur des armées répandra sur eux.

17. Et la terre de Juda deviendra l'effroi de l'Égypte, et quiconque se souviendra de Juda, tremblera de crainte dans la vue des desseins que le Seigneur des armées a formés contre l'Égypte.

18. En ce temps-là, il y aura cinq villes dans l'Égypte, qui parleront la langue de Chanaan, et qui jureront par le Seigneur des armées: l'une sera appelée la ville du Soleil.

19. En ce temps-là, il y aura un autel du Seigneur au milieu de l'Égypte, et un monument au Seigneur, à l'extrémité du pays.

20. Ce sera dans l'Égypte un signe et un témoignage de la puissance du Seigneur des armées; car ils crieront au Seigneur, étant accablés par celui qui les opprimait, et il leur enverra un sauveur et un protecteur qui les délivrera.

21. Alors le Seigneur sera connu de l'Égypte, et les Égyptiens connaîtront le Seigneur en ce temps-là; ils l'honoreront avec des hosties et des oblations; ils feront des vœux au Seigneur, et ils les lui rendront.

22. Ainsi le Seigneur frappera l'Égypte d'une plaie, et il la refermera; ils reviendront au Seigneur, et il leur deviendra favorable, et il les guérira.

23. En ce temps-là, il y aura un chemin de l'Égypte en Assyrie; les Assyriens entreront dans l'Égypte, et les Égyptiens dans l'Assyrie; les Égyptiens serviront les Assyriens.

24. En ce temps-là, Israël se joindra pour troisième aux Égyptiens et aux Assyriens; la benédiction sera au milieu de la terre.

25. Que le Seigneur des armées a béni, en disant: Mon peuple d'Égypte est béni; l'Assyrien est l'ouvrage de mes mains, et Israël est mon héritage.

DITIONEM et commotionem notat, instar vaprum, ut se mutuo pungant, ut cum acies adversis aciem concurrunt. Committi dicunt Latini. Quemadmodum dicit Dominus in Evangelio Luc. 21: *Insuper gens aduersus gentem, etc.* Quando autem hoc impletum sit juxta historiam Scripturâ non commemorat; à juxta mysterium hoc illud est quod Dominus in Evangelio dicebat futurum, et non semel factum scimus: *Frater in mortem tradet fratrem, et pater filium, etc. Ignem enim et gladium misit Dominus in terram, etc.*

VERB. 5. — DIRUMPETUR. *Dirumpi* seu *evacuari* spiritus est obstupescere. Huic malo affine est *perire*, *absorberi* seu *deglutiri* consilium (id enim notat verbum *bala*), ut neque consilium capere possint, neque si ceperint quidquam proficiant, aut juxta consilium efficiant. Hæc potest sæpè puniuntur qui Deum ignorant, aut Deo non fidunt: hæc experti sunt infideles, qui ob contumaciam suam Dei consilium spreverunt, et collum jugo fidei submittere recusant. Divisos. Hebræum nomen ab arcano seu secreto dicitur, quod arcanis et secretis verbis artem suam exercent: *magos* reddere posses. De pythoniibus autem et ariolis seu gnotis vide supra 8, 19. Nulla gens autem adeò barbara est, que in adversitatibus ad eos quos deos putat non sibi recurendum esse existimet.

VERB. 4. — ÆGYPTUM, id est, Ægyptios. Hi, et quotquot Christo non paruerunt, tradendi erant in

manus dominorum qui asperè cum ipsis agerent. Quà traditione pleni sunt annales gentium. Est et altera traditio seu conclusio multò illà corporali pejor. de quà est Paulo sermo, Rom. 4, in passionis ignominiosas, ut faciunt ea que non decet, etc. DOMINORUM CRUELLEUM, vel dominantium duriter. Nomen enim cascheb adverbium esse videtur; ut 1 Sam. 20: Si responderit tibi pater tuus pertinaciter. Et idem ferè est quod sequitur, rex fortis. Oz, pertinax, durus, violentus, qui non flectitur ad misericordiam, aut precibus cedit; sicut quæ condensantur et obdurantur. Hujusmodi est princeps hujus mundi, qui imperium exercet in filios infidelitatis sive inobedientiæ. Cui similis etiam est humana voluntas, quæ, si Deo non serviat et tota ab ipso non pendat, nullus reperiri potest crudelior tyrannus. Justum autem est ut qui non consentiunt veritati, credant iniquitati et mendacior, etc. Ob hoc claudit sententiam illis suis maximi ponderis verbis: *Fidelis sermo Domini Jehova Sabaoth*, id est, supremi illius Dei qui est universorum Dominus, et potest commutare regna et imperia, etc.

VERS. 5. — ET ARESCET, etc. Hyperbolica sunt hæc omnia et figuris repleta, in quibus hoc loco multus est Isaias. Quia ex aquis tam maris quam fluminis Nili pendebant omnes ferè res Ægyptiorum, neque quidquam erat quod sic eorum mentes posset mœrore conficere, quàm si aqua fluminis et maris Rubri exsiccarentur, harum defectu tristissima quæque intelligit atque denudat. Ego in versione horum versuum propriam significationem vocum, quantum potui, expressi. Sensus autem ferè idem est quem Vulg. reddidit. Hic considerare juvat quomodo Deus peccatores puniat in illis rebus quas ipsi magnificaverunt. Quòd si Deo in promptu est fluvium Nili arefacere, mare exsiccare, quid rivalis nostris fidimus, o miseri?

VERS. 6. — AGGEREM. *Mator*, à verbo *tsur*, significat *obsidionem*, munitionem atque propugnaculum. Deut. 20; Ezech. 4: *Ponet obsidionem contra eam*. Mich. 5, Jer. 52. Quare non malè pro *aggeribus* vertitur. Nam qui obsident, aggeres excitant. Infra 29, 5: *Erigam contra te aggeres*. Sunt tamen qui per paronomasiam hic *mator* pro *mitteram*, id est, *Ægypto*, accipi putent, ab arebuis, munitionibus ac civitatibus, quas ubique ad aquas habuit munitionimas, ut 2 Reg. 19: *Siccari plantis meis omnes rivus mator*, id est, *Ægypti*; q. d., munitionissima, etc. Quam sententiam secutus sum in versione. Quamvis ergo à filio Ham diæta sit *Ægyptus mitteram*, congruit tamen etymon vocis à verbo *tsur*. CALAMUS. A voce Hebræa *caneh* tam Græci quàm Latini nomen *cannæ* mutuaverunt.

VERS. 7. — NUBANTER ALVEUS, etc. Sensus reddidit Vulg. quasi ad verbum reddendum foret: *Nuditates seu evacuationes juxta rivum, juxta os rivus*, id est, alvei et concavitates quæ sunt ad ripam fluvii, atque etiam ea quæ proxima sunt ori vel littori fluvii, et omnis sementis fluvii exsiccabitur, et expulsa, et quasi eradicata, non erit. SEMENTIS IRRIGUA. Hebr., *semen rivus*, id est, sementes rivorum, quæ propè

rivos fieri solent, qui in Ægypto à magno illo flumine derivantur ad irrigandam terram, quæ pluviarum expers est.

VERS. 8. — PISCATORES. Omne genus hominum enumerat qui beneficio aquarum vitam debebant. Et commoda omnia quæ Ægyptis ex aquis proveniebant enumerando, denuntiat defutura et omnino abolenda; id est, mercenariis, pro mercede. Vocat autem Hebraismus *stagna animarum*, vivaria, piscinas, etc. Hæc quidem omnia in Ægyptum illam conveniunt; non quòd aruerit unquam Nilus, etc., sed his significat Propheta post captivitatem, summam inopiam et terræ desolationem. Quæ omnia facile fuerit ad alteram Ægyptum accommodare, quam Dominus spiritaliter debellavit.

VERS. 9. — QUI OPERANTUR LINEM. *Cultores linorum*, id est, qui summo studio et diligentia linum nutriunt et educant, ut ex eo que necessaria sunt ad humanos usus operantur. Verbum autem *cultus* et *servitutis* his officibus tribuit, quòd nihil sit ex terræ nascentibus quod tantam industriam requirat quantum linum. Vox verò quæ sequitur, *sericoth*, cum voce quam Latini usurpant convenit, *serica*, et Græcis *σερική*. Est autem sericum lanæ pretiosissima genus, quæ ex arborum frondibus, vel potiùs, ut hic videt, ex herbis depeccitur. Hinc puto suo mutatum nomen ad vermiculi lanificium quod nunc *sericum* vocamus, quoniam ignorarent Latini et Græci vocis hujus originem. Quidam enim *Seres* populum *Scythicum* dixerunt, apud quem sericum oriretur; alii vermiculum apud Indos dictum *erig*, unde *sericum* fluxerunt; quod facere solent qui aliquid se ignorare fateri venturum. Ego certè vocem Hebræam esse non dubito, vel Ægyptiacam; et mihi verisimile est à sono quem edit, dum contractatur aut disceditur, sic dici; quandoquidem et Hebræis *serac* est *sibilare*. Nunc ad nos defertur ab Indis quoddam lini genus quod vocamus *pannam ex herbis*, quod propè sericum esse existimo. Possumus ergo cum *lino* construere, ut ego verti. *STERTILIA. Corai*, sicut legunt Hebræi pro *corim*, id est, *foramina*; atque *retia* interpretantur. Nam *cor foramen* est. Possumus et *foraminata* non retia modò, sed quæcumque femine ad ornatum efficiunt ex subtilissimis filis lini, in quibus sunt aliquot suo ordine perforationes, intelligere, etc. Unde non malè Vulg. *subtilia* dixit. Sed cum videam nomen *cor* in plurali nunquam ita accipi, sed tantum pro *foraminibus* et *cavernis*, durior aliquantò mihi videtur interpretatio. Esth. autem 1 et 8 video accipi *cor* pro *cardo*, *indumento* scilicet, quod utebantur nobiles; unde et *corim candidi*, ipsi nobiles et ingenui dicuntur, de quo infra 54. Libenter hic *corai* pro *candidis* accipio, ut ad officia lini referatur: quod intelligentes Septuaginta *byssum* verterunt. Potes et hoc referre ad *texturam*, quæ fit ex candidissimis virgulis ex fructibus, quæ aquis gaudet. Unde dicuntur Gen. 40 *corbes* seu *canistra corai*, id est, *candoris*; ubi Vulg. *farinam* vertit. Hebræi nonnulli *perforata* intelligunt; sed non malè *candoris* dicas; sunt enim candidissima, præsertim quæ panibus regis inservirent.

VERS. 10. — IRRIGUA. Vocem *schathoth* Vulg. à verbo *schathah*, *bibere*, deduxit; alii à verbo *schath*, et pro *itis* quæ ponitur in imo accipiunt, id est, pro *ea genis* seu *nassis*. Ego libenter dicere esse partici-

pium verbi geminati *schathath*, et pro *aggeribus* accipi, quòd opponatur ad sustinendum et prohibendum impetum aquarum. LACINAS AD CAPIENDOS PISCES. Vox *seker* juxta diversam prolationem diversa significat; unde Septuaginta *siceram* dixerunt. Sed hoc loco cum sinistro puncto existimo scribendam, esseque adverbium, id est, *mercenariè*, pro *mercede*. Vocat autem Hebraismus *stagna animarum*, vivaria, piscinas, etc. Hæc quidem omnia in Ægyptum illam conveniunt; non quòd aruerit unquam Nilus, etc., sed his significat Propheta post captivitatem, summam inopiam et terræ desolationem. Quæ omnia facile fuerit ad alteram Ægyptum accommodare, quam Dominus spiritaliter debellavit.

VERS. 11. — Quòd juxta historiam malè sibi consulerint Ægyptii, eventus rerum satis ostendit. Quapropter affirmativè accipio particulam *ac*, quam omisit Vulg. Quàm stulti etiam sapientes mundi fuerint, qui *stultitiam* reputarunt prædicationem Evangelii et verbum crucis, res ipsa prædicat. In hoc enim conveniente mundi sapientes, ut dicerent Religionem christianam eversionem esse regnorum, et omnes malè habituros qui eam admitterent. PHARAONI. At Hebræis sæpè idem est quod *ait*; et ita accepit Vulg. Neque desunt qui de sapientibus hoc dictum velint, quòd *quis ex ipsis diceret Pharaoni se esse filium sapientum*, et in maximo pretio habitos sapientes apud reges Ægyptiorum; quomobrem meritò sibi fidem adhibendam à Pharaone. Ego diversam interpretationem afferro, non quòd eam præferam, sed ut Hebræa aliter posse intelligi videat christianus lector: at enim interdum accipitur pro *de se* pro, ut Gen. 20: *Dixit Abraham de Sara, quòd soror*, etc. Adulantes enim Pharaoni sapientes ejus sapientiam et nobilitatem in cælum extollebant; quapropter nihil sibi adversi timeret, duraturumque ejus imperium, quòd antiquissimum esset et sapientia summa stabilitum. In Timæo leges Ægyptios de sapientia summo præ gloriari solitos.

VERS. 12. — UBI NUNC SUNT. Insultat tyrannis et sapientibus mundi, quòd non præviderint quæ super ipsis cogitaverit Deus. Mundi enim sapientia non cognovit sensum Domini; Spiritus tantum Dei est qui scrutatur arcana Dei. Ad hunc locum alludit Paulus, dum ait: *Ubi sapiens? ubi scriba?* etc.

VERS. 15. — EMARCUERUNT. *Nasa* est obrui verbis *persuasibilibus* et *sophisticis*; et accipitur semper in malum. Hoc verbo usa est Eva: *Serpens decept me, obruit me fallacis*, etc., de quo infra 36: *Non seducat vos Ezechias*, etc. ANGULUM POPULORUM. Non dubium quin *phinah angulum* significet, non *recessum*, ut vulgò accipitur, sed *flexum seu actionem exteriorum edificii*; à verbo *phanah*, eò quòd prostet, et sit in conspectu, vel quòd ad diversa loca respiciat. Quia verò in angulis ponuntur majores atque meliores lapides, qui duos parietes conjungunt sustententque edificium, figuratè transferuntur ad significandos *principes*, qui sunt veluti *anguli populorum*, ut Jud. 20 et 4 Sam. 14; et ita hic accipiendum puto, et in nomi-

nandi casu. Ad verbum: *Deceperunt Ægyptum, angulus baculorum ejus*; id est, quisque angulus et caput familie deceptit familiam suam, atque ita tota Ægyptus decepta est. Unde Septuaginta: *Decipiet Ægyptum per tribus*. Neque insolitum est Hebræis nomen sing. cum verbo plur. conjungere, præsertim si distributionem velint significare, et nomine *baculorum* familias et tribus designare: de quà loquendi formà jam supra locuti sumus. Vel: *illi stulti facti errare fecerunt Ægyptum, angulum familiarum ejus*, id est, angulos cujusque familie.

VERS. 14. — MISCUIT. *Masac* verbum Hebræum litteris congruit cum Latino *misceo*; significat autem *infundere è supernis*, ut ex cognatis verbis apparet Psal. 102: *Potum meum cum fletu infundebam*. De hoc supra cap. 5. VERTIGINES. Nomen est plurale *iveim* à verbo *arah*, geminata præthematibus, *incurvationes*, id est, vertigines. Vertigo autem morbus est quo qui laborant, omnia ipsi videntur circumrotari seu circumferri, tandemque corrunt in terram. *Spiritum incurvationem* dicere possumus, ut nihil rectum videre aut intelligere possunt, ut omnia multò aliter evenirent quàm illi putarent: *Spiritum omnia pervertentem atque evertentem*; ut sit quod Ezech. 21 nomine *arah* ter repetitò significatur: *Incurvationem, incurvationem, incurvationem ponam eam*; sed hoc non fiet donec veniat *cujus est iudicium, et cui tradam illud*; id est, inclinatio major atque major subinde erit, tam politia quam sacerdotii, donec venerit Christus. SICCIT ERAT. Sensus expressi cum Vulg., vel *juxta errorem ebrui*. Eadem comparatio est Job. 12, 25. ET VOMENS. Hebr., *in vomitu suo*, id est, sicut volutatur ebruis in vomitu suo, vel sicut errat ebruius dum ore egerit ebriatatem, id est, periclitè ebrui, cui neque honesti neque decoris cura est.

VERS. 15. — CAPUT ET CAUDA. Potest et in nominandi casu verti. Neque magni neque parvi, nobiles neque ignobiles, *habebant quod faciant*; vel cum Vulgato in accusativo, non *habebant quod faciant*, neque rem parvi momenti, neque magni, etc., id est, nihil remedi, nihil auxilii sperabant: adeò omnia desperata erunt. Quid autem intelligatur his nominibus, vide supra 9, 14.

VERS. 16. — ERIT ÆGYPTUS QUASI MULIERES. Supra quanta mala perpersuri essent Ægyptii narravit; deinde eorum stultitiam, ignorantiam atque cæcitate multis verbis exposuit. Propter peccata enim affliguntur filii hujus seculi; ac deinceps, si perseverant, majoribus tenebris involuntur. *Deus enim hujus seculi excæcat mentes eorum, ut non fulgeat illis lumen Evangelii*, ut est apud Paulum. Ex quibus rursum tenebris aliud malorum exanim oritur, ejusmodi sunt metus, et effeminatus animus, et cætera id genus. Sed ejusmodi mala Propheta commemorat, ex quibus ad mysterium facilior esset transitio. SUPER EUM. In masc. genere legendum est relativum, quia nomen *Ægypti* pro *habitatoribus*, ut supra dixi, sicut et alia quæ cum utroque genere conjunguntur. Quapropter ego

quoque in masculino transtuli: quod necesse fuisse versus seq. patebit.

VERS. 17. — IN PAVORE. *Festivitatem* legendum est. Fatetur quodam loco Hieronymus errorem suum, quod pavorem verterit, cum *festivitatem* debuisset interpretari, quod utrumque dictio significaret. Sicut enim verbum *cagag*, licet propriè significet *gyrare, circumagi, in orbem agi, etc.*, transferitur tamen ad *festivitates* que celebrantur in epulis, potationibus, choreis, et circumrotationibus; ita nomen *caga* potest ad *festivatem* transferri, etsi propriè *circumagitationem* designat, sicut et *cag*. Ego *circumagitationem* dixi eà ratione quam jamjam exponam. Cum intelligerent *Ægyptii* adventum Assyriorum, non minùs præ timore inepi facti sunt ad bellum quam si omnes essent feminae, quod iratum adversus se Deum perciperent, quasi decrevisset *Ægyptum* totam veluti in oblationem sibi offerri. Est enim tacita allusio in nomine *thempha* ad ritum et caeremonias legis, in quâ quoddam genus oblationis *thempha* dicitur, quæ hinc et inde in sublime agitabatur. Quia autem Deus in *Judæa* colebatur, quod de agitatione *manus Jehova* et pavore qui agitationem illam consequebatur dixerat, nominibus *tellaris Jehuda*, et *festivatis, et consilii quod Deus cogitasset*, repetit, ut mysterio campum aperiret. Timor, inquit, ingens universam *Ægyptum* pervadit, timor, inquam, irati Dei; adeo ut *Judæa* (in quâ scilicet Deus colitur et habitat, et unde ad cæteras orbis partes proficisci dicitur) sit *Ægypto festivitas seu circumagitatio*, id est, ut auditio nomine *Judææ* *Ægyptii circumrotentur*, et hæc atque illud discerant, sicut in *festivitatibus* *Judæorum* fieri solet. Et si quis *Judæam* commemoret, et populi Dei mentionem ingerat, super sic commemorantem *Ægyptii* *expavescent*, intelligentes quid *Judæorum* Deus super ipsos statuisset. Hæc eò admirabiliora erant, quò reges *Ægyptii* potentiores erant, et parvi faciebant *Judæos*. Unde postea sub Josiâ, quem prælio vicerunt, *Judæam* oppresserunt, et regem quem voluit præfeci illis Pharaon. Quamobrem non multo post tempore per Assyrios ipsi oppressi sunt. Adde quòd mundum totum perterritur rex *Judæorum*, et perinde imbecilles fuerunt ipsi *Ægyptii* ut verbo Dei et exercitui ejus resisterent, ut *femina* in prælio. Agnoverunt enim esse agitationem *manus Domini*, et *experaverant*; proindeque *terra Jehuda* *Ægypto* fuit *terrori*, ex quâ proliibat tanta virtus exeretis, et *super narantes* que in *Judæa* gesta fuerant *expavebant* *Ægyptii*, intelligentes *constium* Dei esse, ut crucifixo ecederet cultus omnes et religio universa, corruerent que adde perirent dii gentium, sola autem religio à *Judæa* profecta et per Apostolos annuntiata obtineret. Quod manifestius Propheta mox aperit.

VERS. 18. — LINGUA. *Sephath, labium*; sed utrumque Hebræis pro loquelâ sumitur. Gen. 11: *Labii usius, etc.* Dixit autem *labio Chanaan* potius quam *Hebræo*, ut obscurum esset propheta, et ne *Judæi* ad litteram acciperent quòd Hebræâ lingua locuturi essent *Ægyptii*, ac si de lege Mosaicâ et litterâ tan-

tum occidente esset sermo. Nihil enim aliud significabat quàm quòd *Ægyptii* à viris terræ illius, nempe discipulis Domini, fidem Christi edocti, eadem crederent, eadem loquerentur quæ Chanaanâ illi; quinimò et eisdem Scripturis incumbenter, et linguam Hebræam addisserent, ut Scripturas melius penetrarent. Puto autem significari quòd ex omnibus civitatibus *Ægypti* quinque totæ fidem Christi amplecterentur, ut omnes habitatores earum Christiani essent. JURANTES PER DOMINUM. Vel quòd illi fidem darent ne unquam à susceptâ semel religione deficerent; vel nomine *juramenti* universa religio intelligitur, ut sepe alius. Per quem enim juramus, cum pro Deo colimus; unde *jurare per Jehova* est *Jehova* religionem amplecti; q. d.: Non per alios Deos jurabunt, sed per *Jehova*. Sed constructio priorî expositioni favet. CIVITAS SOLIS. Optimè vertit Vulg. Non enim legendum est *eres*, sed *heres*, ut in margine annotatum invenies in Bibliis Hebræis. Miror autem *Judæorum* Rabbiorum quorundam, inter quos est R. David, tam in libro *Radicum* quam in *Commentariis*, incogitantiam, qui aut *eres* quasi nomen proprium retinentes, quos sequitur *Pagninus*, aut *desolationem* interpretantes, quòd *civitas Destructionis* dicenda esset, quæ scilicet credere nollet, quos sequitur *Munsterus*, non vident hoc esse figmentum, neque posse intelligi unam illam non esse ex illis quinque qui fidem exciperunt erant; præsertim cum docti inter Rabbinos, qualis fuit *Hielias* ille Germanus, sentiant lectionem que in margine habetur, esse germanam, et tam esse interpretandam, licet aliter legendum sit. Qui etiam omni ex parte non assentior, hoc tamen indubitatum esse debet christiano lectori, frequentius germaniorum esse marginalem lectionem quam sit que in textu habetur. Et hoc quidem loco *keth* non *he* legendum est: in quibus litteris magna est affinitas et facilis lapsus. Adde quòd *Chaldaeus* *Paraphrastes* *Domum Solis* dixit, quamvis *Destructionis* seu *Excicicationis* quoque meminert. Certè Hieronymus in *Commentariis* unam hanc lectionem tantum affert, neque alterius meminit. Sed cum sciamus inter præcipuas civitates *Ægypti* computatam *Heliopolim* (id est, *civitatem Solis*), quid moramur quominus hic *civitatem Solis* legendum putemus? præsertim cum sciamus ex probatis auctoribus, in civitate illâ (quæ supra *Deltam* *Ægypti* sita est, ad *levam* *Nili* per *Nilum* ascendentibus, teste *Strabone*) studia scientiarum floruisse; et ibi gymnasia omnium disciplinarum exsistisse. Nam *Hierodotus* *Heliopolitanos* omnium *Ægyptiorum* solertissimos fuisse testatur. Sed audi *Strabonem* lib. 17: «Hæc, inquit, loca ipsius *Delta* proxima sunt. Ibi est *Bubastus* civitas, et *Bubastica* præfectura: supra quam est regio *Heliopolitana*; ubi *Solis* civitas est in aggerè ingenti posita, quæ *Solis* templum habet. «Nunc urbs deserta est: in eâ est pervetustum templum *Ægypto* more structum, » etc. Atque ubi struendi morem depinxit, addit: *Heliopoli* domos amplas vidimus, in quibus sacerdotes habitabant. «Imò dicunt hæc olim habitationem sacerdotum

fuisse, hominum philosophiæ et astronomiæ deditorum. Ostendebantur itaque ibi sacerdotum domicilia, et loca ubi *Eudoxus* et *Plato* habitaverunt. Nam *Eudoxus* cum *Platone* eò profectus est, ambo cum sacerdotibus annos tredecim anni versati, ut quidam volunt, et plura hujusmodi. Quia igitur in hæc florentissimæ scientiarum civitate erant sapientes et sacerdotes, qui difficiliter à patriâ religione deficere solent, hujus tantum civitatis meminit, et hanc *primam* futuram vel *unam* (utroque enim modo sumi potest nomen *ecath*), quæ religionem Christi amplecteretur: quòd qui crederet, non illi dubium foret quin et reliquiæ religionem commutaturâ viderentur. Hic locus maxime commendat virtutem crucis et efficaciam verbi Dei. Perinde est enim ac si dixisset, quinque civitates *Græciæ* verbo *fidei* obedisse, de quarum numero fuerit civitas *Atheniensis*, etc. VOCABULUM UNA; id est, *civitas Solis* appellatur *prima*, vel *una*, quæ lingua *Chanaanâ* locutura est.

VERS. 19. — ALTARE DOMINI (1). Manifestius reli-

(1) IN DIE ILLA ERIT ALTARE DOMINI IN MEDIO TERRE ÆGYPTII. Si cautum erat ne *Judei* altaria *Domino* alibi præter *Hierosolymam* erigerent, quo jure hic *Propheta* loco eximii beneficii populo spondet erigendum in medio *Ægypti* altare *Domino* consecratum? Altare illud, ex dogmata *Judaicæ* religionis, perinde habendum erat ac profanum et impium, utpote in vilio *Numine* erectum; nisi hoc ponamus, illius constructionem sive præcepisse *Domino* hoc ipso oraculo, sive probasse. *Agnoscendum* est igitur cum *Patribus*, nonnisi post *christianæ* Religionis exordium legitima et auspiciâ *Domino* altaria in *Ægypto* stitisse. Tunc primam puro et perfecto cultu *Domini* ibi, ut et alibi per orbem coli cepit. Ipsi pariter *Judei* etatis S. Hieronymi uno cum *Christianis* assensu oraculum hoc ad *Messiam* referebant: at *Judæi* implendam ejus rei fidem rejiciebant in tempus remotum et incognitum, quo liberatorem opperiebantur; *Christiani* verò litteralem ejus veritatem intuebantur in eâ, quæ tunc in *Ægypto* florebat, *christianâ* Religione.

Onias, Onie III summi *Judæorum* sacerdotis filius, cum post decessum patris amotum se à sacra dignitate, et alios accitis doleret, nec satis tutas quietasque sedes in *Judæa* nancisceretur, utpote obnoxius ambitioni illorum, qui summum sacerdotum invaserant, et injuriis *Antiochi* *Epiphani* oppressus, in *Ægyptum* perflugit. Tutum ibi asylum obtinuit sub *Ptolemaeo* *Philometre*, qui *Judeis* favebat, civium ope fretus, quibus pergratum acciderat, quòd summi sacerdotis, è stirpe *Aaronis*, filium apud se haberent. Onias igitur *Isaie* oraculum ad verbum intelligens, illud implere aggressus est, templum *Domino* in *Ægypto* excitans. Regis assensu impetrato, nulli dicenti *Onias* fretus, templum condidit, cui ex nomine conditoris sui *Onie* nomen *Onion* inditum est; jacuitque in *Nomo* *Ægypti*, at non in urbe *Heliopoli*.

Onias in supplici ad *Philometrem* libello exposuit se animadvertisse templa quædam verbo Deo dicata esse à *Judeis* in *Cœlesyria*, *Pœniciâ*, et *Leontopoli* *Ægypti*, in præfecturâ *Heliopolitana*; cum autem varia hæc templa dissidium inter gentiles suos parent, ut simulatas hæc auferret, eosque in fide recte nomine quoddam *Judeis* omnibus templum: petere igitur, ut copia sibi fieret purgandi aream veteris curiam, in templo ab *Ægyptiis* derelictâ, nulli dicenti *Onias*, in oppidi *Bubasto* campestri, ut ibi sacrum *Domino* adificium construeret. Addebat, *Isaie* prophætæ oraculo prædictum olim fuisse, sacrum *Domino* *Israëlis* templum in *Ægypto* futurum. Oppidum, ubi

gionem cultumque veri Dei in *Ægypto* pullulaturum ostendit. Est autem in dandi casu nomen *Jehova*; propterea pronomen addidi, ipsi *Jehova*; id est, *Jehova habebit altare in medio terræ* *Ægypti*, id est, intra *Ægyptum*; vel *dedicabitur altare ipsi Jehova*, ut idem repetatur in posteriori versû parte. Er titulus *DOMINI* JUXTA TERMINUM EJUS; id est: In extremitate altaris, vel *Ægypti* (titulum accipias pro monumento aliquo cum inscriptione, ut et *Latinis* interdum in usu est) scriptum erit *ΛΑΘΥΑΝ*: hunc enim dicit esse titulum. Atque hic est germanus sensus juxta vulgatum *Interpretem*. Ego tamen, ut interdum facio, aliam interpretationem attuli, tantum ut sciat qui *Hebraicè* ignorat, alium sub *Hebræis* vocibus posse subesse sensum: omitto interpretationem eorum qui pro *masebah*, non *titulum*, sed *statuum* vertunt, quòd sepe hæc vox pro *statu* accipitur, à verbo *isabab*, quò omnino præter rem cum esse existimem. Certè nomen quiddam stat significat, ut *Isai*. 6 dicitur de *tranco*, et de *lapide* erecto, Gen. 28, et de *tumulo*, 51, etc. Non dubium etiam quin *masebah* formâ masculinâ, et *masebah* femininâ, pro *statione* accipitur et *praesidio militum*, quòd ibi positi sint et stent parati ad propugnandum, ut *1 Sam.* 14, et 15, de *statione* *Philistinorum*. Sensus itaque est, quòd in medio terræ *Ægypti* *Jehova* habiturus esset altare, et juxta terminos *Ægypti* *stationes dispositas* et *praesidia*. Quâ loquendi figurâ significabat *Propheta* fidem ac religionem non tantum hospitem peregrinaturam in *Ægypto*, sed diu mansuram et radices acturam; sumptâ similitudine à subjugatione regnorum, quæ qui pacata habere volunt, *praesidia* disponunt in limitibus ad reprimendos hostium incurtus, etc. Favent huic interpretationi res ipsa et nomina.

VERS. 20. — ERIT IN SIGNUM, etc. Sensus quem in versione expressi planus est, scilicet quòd altare et monumentum, quòd cultus et propugnatores essent signum et evidens argumentum quòd *Ægyptii* oppressi clamaverint, et *Domino* eos exaudierit. Qui locus satis ostendit quòd non omnia que præcedunt sint juxta historiam intelligenda, sed quòd oppressi à diabolo ipsâ suâ miseriâ exclamaverint, etc. De quo in *Psal.*: *Dominus de caelo in terram aspexit, ut audiret gemitus competitorum*, etc. Cultus enim exterior, altaria et cæteræ *Ecclesiæ* ceremoniæ, quibus utitur ab usque initio, testificat quòd sumus populus Dei, *Christiani* asserti de potestate tenebrarum in regnum *Filii*

templum conditum est, deinde in urbem nobilem *ereyli*; et *Ptolemaei* *geographi* ætate appellabatur *Onion*, totique *Nomo* *Heliopolitano* præerat, veteri urbe *Heliopoli* jam eversa. *Jacobus Onion* ad ripam *Nili* meridiana, supra *Bubastum*, igitur templum *Onion* nec primum fuit, nec vicium in *Ægypto*; nam vetustius aliud *Leontopoli* steterat.

ET TITULUS DOMINI JUXTA TERMINUM EJUS; et monumentum *Domino* ad verbum: et columna *Domini*, in extremis regionis finibus. Qui in *Ægypto* debebant *Judei*, columnas fortissè nonnullas exererant, cum epigrammate indicante locum illum *Domino* ac populo illius adchristianum esse. Post inveciam *christianam* religionem, crux, quæ *Domini* vexillum est, erecta emicuit in omnibus iis locis, ubi *Jesu Christi* cultus obtinuit. (4 a met.)

dilecti Dei, qui non propter opera iustitiae quae fecimus, sed propter misericordiam, quae audivit gemitus compeditorum, misit nobis Salvatorem Filium suum, etc. Ille locus contra haereticos cultum Dei externum commendat, ut qui ad gloriam ipsius Dei testetur quod ab ipso simus redempti, etc. Commendat et charitatem Dei, qui, cum oppressi essemus ob peccata, misit Filium, non qui iudicaret mundum, sed servaret. Ostendit quoque miseriam hominum esse clamores in auribus Dei nostri. Unde David: *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte omnia delicta mea*, etc. Unde fiducia nostra fulciri potest, qui scimus habere nos Deum qui propter miseriam inopiam et gemitum pauperum dicit: *Nunc exurgam. Nec quominus hanc nostram versionem probes, tempora verborum, quae Hebraeis futura sunt, te moerentur; non enim possunt elegantius dicere quod nos in versione dicimus, quam per sua illa futura: quod miror alios interpretes non animadvertisse. Et propugnatorem.* 21 proprie et magnam in quibus re designat, et multam; unde, ni fallor, Hebraei hoc nomine vocant profectum cuiuscumque actionis sine artis, tam belli quam domi. Sic magistrum copiarum, Dan. 1, et magistrum eunuchorum, 2 Reg. 21, et Dan. 1, etc., denique ut Galli magistrum usurpant, non solum eum qui docet, sed etiam herum et dominum et ducem sic Hebraei. Quinimo et Graeci δὲδασκάλων interdum auctorem vocant. Hic pro dace et imperatore, vel forte etiam pro doctore, accipitur. Ideo magistrum dixi, modo hanc vocem ut Galli et aliae pleraque nationes accipiamus.

VERB. 21. — COLENT EUM IN HOSTIIS, etc. Sensum recte exposuit Vulg. Ego verba servavi, quod perspicua satis essent. Verbum enim *abad* cum accusativo recte vertitur verbo *colendi*. Sacrificium autem et oblationem *colere* est magnificare, et magno studio sacrificia et oblationes offerre. Est autem *zebac*, sacrificium, hic in singulari; forte quod unico illi Christianorum sacrificio, quo quotidie summam venerationem sacrificium Christi iteramus (invitis licet Lutheranis), maximus cultus debeat. Unde non sacrificiis *colendum* dixit, sed ipsum sacrificium *colendum*, quod Deus ipse sit nostrum sacrificium et hostia. Supra autem jam monui *zebac* proprie esse *maclare*; inde ad sacrificare transferuntur: et nomen proprie de sacrificio dicitur, in quo quid maciatum offertur. De nomine autem *MEHAN* dixi supra 11, 10. ET VOTA VOVERUNT. Cum de Christianismo sit sermo, impudenter sunt Lutherani, qui vota ab Ecclesia eliminare conantur, ut suae parum christiane; imò impure libertati praetextum aliquem afferant. Hic videt non solum redditionem votorum laudabilem, sed ipsum quoque votum inter cultus Christianorum annumerari, quasi non infimi ordinis cultus sit. Quae autem sint quae vovenda sunt, ex antiquis Patrum traditionibus et usu Ecclesiae petere oportet. Non ab istis perversis innovatoribus, quibus, quia tantum quae carnis sunt sapient, impossibile videtur continentiae votum adimplere. Sed soli tenebras offundere nunquam poterunt.

ERS. 22. — PERCITET. *Nagaph* vehementiorem

significationem habet quam *naga*; eam enim consternationem notat quae fit magna vi adhibita: unde verbo *consternandi* ferè semper reddo. PLAGA. Ad verbum est, ut ego verti, *consternando*, et sanando; sed sensus hic est quem Vulg. reddidit. ET REVERTENTUR AD DOMINUM. Non in media afflictione; nam tunc ad divinos, etc., proficisciebantur, et tandem stupefacti extrema passi sunt; sed de conversione ad Dominum, quando scilicet fidem susceperunt, est sermo. Unde verbum *schub* verbo *convertendi* hic reddidi, ut saepe oportet. PLACABITUR EIS; vel *exorabitur fiet*. Nam *athar* proprie est *suavis verbis orare pro rei alicujus impetratione, amanter ac familiariter supplicare Domino*, ut Isaac, Gen. 25, et Manue, Jud. 15. In passiva ergo oratione flecti, seu *exorari*. ET SANABIT, vel *medicabitur*, id enim proprie sonat verbum *rapha*. Hinc intelligimus quanta sit necessitas et utilitas orationis ad conversionem cordis; nam sine oratione non sunt conversi. Cum enim quis agnoscat errores suos, et tantum in Deo suam salutem sitam esse, mirum quantum teneritudine animi preces fundit, quibus Dominum se *exorabilem* praestare, vel ex hoc loco discere possumus, solisque *conversis* omnino *mederi* Dominum. Aliis enim licet interdum auferat calamitates, segritudines tamen et languores animorum non auferit, neque perfectam sanitatem confert. Quòd si iis qui ex inimicitias ad amicitiam redeunt Deus adeo amantem *exorabilis* sit, quam suavem cum putas ab amicis et familiaribus persentiri?

VERB. 23. — VIA, nomen Hebraeum; ab *sternendo* dicta est: *stratum* dicere possemus, seu *eiam pervagatum, tritum et regium*. SEQUIENT. Supra v. 21. Hoc loco verbum *abad* cum accusativo verbo *colendi* redditur congruè. Nam hic non de *servitute dura servorum* videtur esse sermo, sed de *cultu brutalitatis et concorsitiae*; q. d.: *Aegyptii*, qui ante solebant atque debebant (putate inferiores) timere Assyrios propter excimiam potentiam, jam deinceps eos non timebant, sed potius *colent magnoque studio complectentur*.

VERB. 24. — TERTIUS, id est, per quem amicitia inter Aegyptios et Assyrios coalescet; vel potius *tertia*, aut *tanquam tertia, et media* quaedam *benedictio*, unde promanabit ac derivabitur omnis *benedictio*, id est, sanctitas sive gratia spiritalis, non solum ad Aegyptios et Assyrios verum etiam ad ceteras omnes nationes, juxta illud quod promissum est Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes cognationes terrae*. Ut pro eodem sumamus *tertium et medium*; quemadmodum etiam *colorem medium* vel *tertium* indifferenter vocare solemus cum qui, etsi differat ab extremis, tamen aliquid illis communicat vel participat. Item mediatorem *tertium* vulgò dicimus: mediator enim unius non est, sed duorum, aut etiam plurium. BENEDICTIO. Cum hoc nomine *benedictionis* construxi in versione meo nomen *schelischiah*; femininum namque est, ut supra, ubi *titulum triemnem* dixit Isaias. IN MEDIO TERRAE. Hoc certè est quod Abraham dictum est: *Omnes tribus terrae*: nec dubitandum est quin ad illam benedictionem alluserit Propheta.

VERB. 25. — CUI BENEDIXIT, etc. Exponit quae ratione dixerit *Israellem fore benedictionem mediam*, seu in medio terra. *Benedixit*, inquit, *Israeli Jehova, dicendo: Benedictus populus meus Aegyptius; et dicendo: Assyrius opus manuum mearum*. Expectaret fortassè quispiam ut diceret Propheta, *dicendo: Benedictus populus meus Israel*; verum cum exponere vellet, ut dixi, quo pacto foret *media benedictio*, et ceteri ejus benedictionis futuri essent participes, dixit: *Benedictus populus meus Aegyptius*, etc., insinuans ex benedictione Israelis profectum ut Aegyptii essent benedicti, et Assyrii *opus manuum Dei* dicerentur; id est, omnes nationes terrae, quae ab Israele plurimum et animis et religione erant separate, ad Deum pertinebant, utpote factae *populus ejus*, et in respectu habitae sicut *opera* apud sum artificem. Ut autem excellentiam Israelis; à quo tota illa felicitas promanarat, significaret, addit: *HEREDITAS AUTEM MEA ISRAEL*.

## CAPUT XX.

1. In anno quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, et pugnasset contra Azotum, et cepisset eam;

2. In tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filii Amos, dicens: Vade, et solve saccum tuum de lumbis tuis, et calcamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic, vadens nudus et discalceatus.

3. Et dixit Dominus: Sicut ambulavit servus meus Isaias nudus, et discalceatus, trium annorum signum et portentum erit super Aegyptum et super Aethiopiam;

4. Sic minabit rex Assyriorum captivitatem Aegypti, et transmigracionem Aethiopiae, juvenis et senum, nudum et discalceatum, discooperit natibus ad ignominiam Aegypti.

5. Et timebunt, et confundentur ab Aethiopia spe sua, et ab Aegypto gloria sua.

6. Et dicit habitator insulae hujus in die illa: Ecce haec erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos à facie regis Assyriorum; et quomodo effugere poterimus nos?

## COMMENTARIUM.

VERB. 1. — Juxta vulgatum interpretem sensus prioris versus suspensus est usque ad secundum, quasi nihil aliud faciat quam tempus describere quo facta fuerit haec revelatio. Potest tamen juxta Hebraismum perfecta esse sententia in primo versu, quasi significet propheta eodem ipso anno quo dux ille Assyrius venit ut oppugnaret Azotum, eam oppugnasse ac cepisse. Nam de hac loquendi forma apud Hebraeos eleganti, quae praeterita videntur à nomine regi, sequente alio verbo cum vau, jam supra 6, 1, dictum est. Azotum fortissimum fuisse oppidum Palaestinarum aint, ejusque expugnationem difficilem, necessarium tamen volentibus Aegyptum debellare. Erat enim in ultimis Palaestinae finibus Aegyptum versis, prope mare. Quamquam verò Gaza et Ascalon magis propinqua erant, capti tamen Azoto nihil supererat impedimenti ad alias capiendas. Hinc sumpta occasione super Aegyptum factus est sermo Domini

Assyrius *opus manuum suarum* vocat; quod habet suam dignitatem et laudem: perfecta enim sunt Dei opera; et quae quisque facit diligit; protegit, etc. Aegyptios autem *Dei populum* appellat: *Beatus* autem populus *capit Jehova Deus est*. Ad Israelitas dicit *Dei hereditatem*, qui quasi quodam jure hereditario ad Deum pertinet. Dum enim cetera amittuntur, aequo animo ferimus, modo hereditas intacta maneat. Bene autem Vulg. in hoc ultimo membro vau pro adversativa accepit; *hereditas autem mea Israel*. Nam inter Christianos, in quibus non est distinctio Judaei et Graeci, ut scilicet hunc repellat quòd Graecus, illum eligat quòd Judaeus, discipuli Domini primum locum obtinent Deo dilectissimi, in quos primitias Spiritus sui effudit, et principes esse voluit in regno suo. Quamvis propter Christum Dominum, qui erat ex semine Abraham, populus ille et *benedictio et hereditas Domini* dicitur sit.

## CAPITRE XX.

1. L'année où Tharthan, envoyé par Sargon, roi des Assyriens, vint à Azot, l'assiégea et la prit,

2. En ce temps-là, le Seigneur parla à Isaië, fils d'Amos, et lui dit: Allez, laissez ouvrir le sac qui est sur vos reins, et ôtez les souliers de vos pieds. Isaië le fit, et il alla nu et sans souliers.

3. Alors le Seigneur dit: Comme mon serviteur Isaië a marché nu et sans souliers, pour être comme un prodige qui marque ce qui doit arriver dans trois ans à l'Égypte et à l'Éthiopie,

4. Ainsi le roi des Assyriens enmènera d'Égypte et d'Éthiopie une foule de captifs et de prisonniers de guerre, jeunes et vieux, tout nus, sans habits et sans souliers, sans avoir même de quoi couvrir ce qui doit être caché dans le corps, à la honte de l'Égypte.

5. Alors ils seront saisis de crainte, et rougiront d'avoir fondé leur espérance sur l'Éthiopie, et leur gloire sur l'Égypte.

6. Les habitants de cette île diront alors: C'était donc là notre espérance! Voilà ceux dont nous implorions le secours pour nous délivrer de la violence du roi des Assyriens, et comment pourrions-nous échapper?

ad Issiam. Azotum vocabant olim Hebraei *Asod*; postea *Asotus* dicta est à Graecis; ζ enim valet α et δ.

VERB. 2 — IN MANU ISAIÆ. Interpretantur plerique viri docti per manum, quòd Isaias fuerit velut instrumentum Dei. VADE ET SOLVE (1); nam Hebraei *aperiri*

(1) VADE ET SOLVE SACCU M DE LUMBIS TUIS, etc. Propheta aliquando verbis, aliquando rebus futura praedicit. Jeremias portans catenas, primum ligneas, deinde ferreas; praenuntiabat populum Juda subituro jugum regis Babylonie. Ezechiel quoque certo dierum numero dormiens in latu, modò dextrum, modò sinistrum, significabat tempus obidiosis Jerusalem. Ita hoc loco Isaias incendens nudus et discalceatus, portentum est, ut loquitur Scriptura, super Aegyptum, et Aethiopiam, quòd videlicet cum tali ignominia in captivitate essent abducenti. Ceterum quod ait: *Vade, et solve saccum de lumbis tuis*, satis significat consuetum et quotidianum prophetae indumentum fuisse saccum, id est, saccoem tunicam, ut interpretatur Hieron., hoc est, ex aspera et vilis

dicunt quod Latini *solvere* aut *exuere*. SACCU. Vox communis est ferè omnibus linguis. Fichat verò ex pilis hircorum, et usurpatur in lectu. Videtur autem hæc vestis fuisse prophetis peculiaris, super quam alias vestes superinduebant, ne qui cæteros ad penitentiam exhortabantur, delicatè vivere viderentur. Porro Hebræis non semper *nudi* dicuntur qui nihil omnino vestium deferunt, sed etiam qui summas vestes deponunt; ut quando David saltavit coram arca Domini. Si quis ergo interiores vestes exueret, et pallio tantum amictus incederet, *nudus* diceretur *incedere*; atque ita existimo *Isaiam nudum ambulasse*, cui apparetur *denudata crura et excalceati pedes*.

VERS. 5. — TRIUM ANNORUM SIGNUM. *Tres annos; ut sit sensus: Quemadmodum seruus meus tres annos ambulavit nudus et discalceatus, signum et portentum super Ægyptum, sic, etc.* Sed nonne admiratione dignissimum est, quod propheta vir nobilis Isaias ita ignominiosè incesserit in hoc tantum ut signum esset captivitatis Ægypti? Non enim illis assentior qui hoc in visione tantum fuisse contendunt. Quo pacto, quæso, signum fuisset si nullatenus videretur? Et quidem de aliis signis suis in locis quid sentiam explicabo; de hoc autem quod præ manibus habeo aliud mihi persuadere non possum quam quod supra dixi. Sed quid miramur, si pro salute hominum nudus pendendū in cruce Dei Filius? Profectò infidelibus nihil non necessarium est. Itaque ut à cordibus Israelitarum inane fiduciam quam in Ægyptum et in Æthiopiā materiā confectam, ex qua fieri solent sacci. Tali scilicet veste propheta pro consuetudine utebatur, tantquam plangentis peccata populi, quod etiam indicatur Zachar. 15. Unde non est ascribendum hypocritis, quod etiam hodiè monachi certo, et peculiari habitū genere utantur.

Sed quæstio est, an propheta Isaias verè et omnino nudus iuxta hoc præceptum Domini incesserit? Quidam, ne turpitudinem in hoc facto agnoscere cogantur, non corporatiter, sed in visione imaginariā duntaxat hoc factum esse dicunt. Alii hæc omnia sine habitu prophetico, id est, sine sacco, non tamen prostris omni vestitu spoliatus. August. contra Manichæos disserens, et Hieron. in Commentatio huius loci, planè nudum eum incesisse arbitrantur, et dicunt id propter obedientiam ad singularem prophetæ laudem pertinere. Quod tamen sic intelligendum videtur, ut nihilominus membra illa, quæ ob pudorem natura omnino tegenda admonet, aliquo tegumento velaverit, etiam Ambros., Epistol. 56. præsertim nudum ambulasse videretur sentire. De hoc facto ita Hieron. Ex hoc loco discimus prophetarum obedientiam, quod vir nobilis non erubesceret nudus incedere, sed Dei præceptis nihil honestis iudicans, deposuerit saccum; quo abjecto, nudus ierit, unicam prius haberet tunicam, et ipsam ciliciam. (Estius.)

## CAPUT XXI.

1. Onus deserti maris. Sicut turbines ab Africo veniunt, de deserto venit, de terrâ horribili.

2. Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit; et qui depopulator est, vastat. Ascende, Ælam; obside, Medæ: omnem gemitum ejus cessare faci.

habebant extirparet Dominus, et in Deum fiduciam eorum mentibus insereret, nudus incedit Isaias. Domini præcepto; qui servis utitur ad gloriam suam, quâ ipsi nihil antiquius habent; neque quidquam vehementius expetunt, quam ut *glorificetur Deus in suis ipsorum corporibus, sive per mortem, sive per vitam*.

VERS. 4. — JUVENUM ET SENUM. Hebræis pluralia sunt; *nudam* autem et *discalceatam* singularia; sed hoc ad sensum parum facit, qui facilis est; idè eodem numeros servavi. DISCOOPERTE NATIVUS. Nonnihil hyperboles in his verbis suspicor inesse; nam et nos, cum quispiam seminudus incedit, sic loquimur. IGOMINIAM ÆGYPTI. Nomen *Adi erevah* propriè *nuditatem* significat, sed quia nuditas turpis est et decorosa, maxime in partibus verendis, hinc Hebræis pro ipsis accipitur, Exod. 20, 26, et 28, 42, etc.; hinc etiam ad alias res turpes et fœdas transferuntur, quarum nos pudet, et quas tectæ esse volumus, ut sunt *infrimoria terræ*, etc. Gen. 42: *Nuditatem terræ*, etc. Quare non malè *Vulg. ignominiam* dixit, quod appositivè dictum est. Ubi sub nomine *Ægypti* Æthiopiā quoque comprehendit.

VERS. 5. — SPE SUA. *Spe sua et gloriâ suâ* appositiones sunt. Qui *nabat respectum* interpretantur (quod *Vulg. spem* veritū), usum Hebræi sermonis non bene tenent. Quamvis enim verbum *nabat* (unde derivatum hoc nomen *respicere* significat, ut supra jam diximus, cum etiam gestum notet, nomen ipsum ad mentem refertur, et *respectum* significat, quem quis cum fiducia habet ad personam seu rem aliquam, ut ab eâ adjuvetur; quare *spem* aut *fiduciam* dicere possumus. Neque putavit Hieronymus esse *betac*, ut quidam falsò putavit; sed ut peritus linguæ sensum penetravit, et reddidit. Ab ÆTHIOPIA, vel *propter*: id enim interdum significat *min*.

VERS. 6. — ISSLE. Cum exercitus Assyriorum terram illam velut mare vel flumen inundaret (ut supra non uno loco propheta hæc eadem metaphorâ fluminum et inundationis significavit), et Jerusalem tantum remaneret, quam non cepit, neque ingressus est, meritò *insulam* vocavit. Non est ergo cur propter hunc locum dicant Hebræi et nonnulli ex nostris *8 provinciam* quoque significare. Nam et Judæi per *Sargon* Sennacherib intelligunt. De aliis vocibus jam supra dictum est. Illic vides quorsum tenderet captivitas ignominiosa Ægyptiorum et portentum illud Isaiæ, ne videlicet ponerent carnem brachium suum, sed in Domino Deo fiderent, ut fecit Ezechias prædicatione Isaiæ, sicut infra videbimus.

## CHAPITRE XXI.

1. Prophétie contre le désert de la mer. Il vient du désert, d'une terre affreuse, comme des tourbillons poussés par le vent du midi;

2. Une prophétie dure m'a été annoncée; je perdis continuellement dans sa perfidie; et celui qui dépeuplait continuellement de dépeupler tout. Marche, Élam; Médé, assiège; j'ai fait cesser tous les gémissements,

5. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore; angustia possedit me, sicut angustia parturientis: corru cum audirem, conturbatus sum cum viderem.

4. Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me: Babylonia deficta mea posita est mihi in miraculum.

5. Pone mensam, contemplantur in speculâ comedentes et bibentes: surgite, principes, arripite clypeum.

6. Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade, et pone speculatorem; et quodcumque viderit, annuntiet.

7. Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, et ascensorem camelî; et contemplatus est diligenter multo intuitu.

8. Et clamavit ut leo: Super speculam Domini ego sum, stans jugiter per diem; et super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus.

9. Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum; et respondit, et dixit: Cecidit, cecidit Babylonia; et omnia sculptilia deorum ejus contrita sunt in terram.

10. Tritura mea, et filii aræe mee, quæ audivi à Domino exercituum Deo Israel, annuntiavi vobis.

11. Onus Duma. Ad me clamet ex Seir: Custos, quid de nocte? custos, quid de nocte?

12. Dixit custos: Venit mane, et vox: si quaeritis, quaerite; convertimini, venite.

13. Onus in Arabiâ. In saltu ar vesperam dormitis, in semitis Dedanim.

14. Occurrentes stident ferte aquam, qui habitatis terram austri; cum panibus occurrere fugient.

15. A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladii imminenti, à facie arcibus extenti, à facie gravis prælii.

16. Quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in uno anno, quasi in anno mercenarii, et auferetur omnis gloria Cedar.

17. Et reliquæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur; Dominus enim Deus Israel leotus est.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DESERTI MARIS. Transponenda sunt verba, *Onus maris deserti*, id est, Babyloniis, quæ non, ut quidam volunt, *desertum maris* dicitur, ad quod frigiditas rationes afferunt, sed *mare deserti*, id est, mare quod in deserto est, ad differentiam veri maris. Babylon enim ob multitudinem hominum et strepitum gentium amplitudinemque civitatis, atque etiam propter aquarum copiam, non imperitè *mare* appellabatur. *Deserti* verò dicitur propter desertum illud horridum et vastum quod jacet inter ipsam et mare. Neque dura est translatio neque infrequens Hebræis, ut per *maria* et *aquas* gentium multitudinem intelligant. Vide supra 17, 42, et Psal. 65: *Compescite fremitum marium*, etc. SICUT TURBINES. A verbo *Suph*, quod *cessare* vel *finire* notat, est nomen *Suphah*, quod *turbinem* seu *tempestatem* omnia proterentem seu devastantem, significat. Ab AFRICO. *Negeb* est *meridies seu plaga meridionalis*, ut ferè omnes affirmant. Ego dicerem primò significare *Austrum seu Africum ventum*, qui tempestates excitat

5. Mes entrailles sont saisies de douleur; je suis déchiré au dedans de moi comme une femme qui est en travail; ce que je j'entends m'effraie, et ce que je vois m'épouvante.

4. Mon cœur est tombé dans la défaillance; mon esprit est rempli d'effroi et de ténèbres. Cette Babylone, qui était mes délices, me devient un sujet d'effroi.

5. Couvrez la table; contemplez, d'une guérite, ceux qui mangent et qui boivent. Levez-vous, princes, prenez le bouclier.

6. Car voici ce que le Seigneur m'a dit: Allez; posez une sentinelle qui vous vienne dire tout ce qu'elle verra.

7. Et elle vit un chariot conduit par deux hommes, montés, l'un sur un âne, et l'autre sur un chameau; et elle s'appliqua avec grande attention à considérer.

8. Et elle écrivit comme un lion: Je fais sentinelle pour le Seigneur, et j'y demeure pendant tout le jour; je fais ma garde, et j'y passe les nuits entières.

9. Les deux hommes qui conduisaient le chariot s'étant approchés, j'entendis une voix qui me dit: Babylone est tombée, et toutes les images de ses dieux ont été brisées contre terre.

10. Vous que je laisse dans l'Oppression; vous que je laisse briser comme la paille dans l'aire; voilà ce que je vous annonce, et ce que j'ai appris du Seigneur des armées, du Dieu d'Israël.

11. Prophétie contre Duma. On me cria de Seir: Sentinelle, qu'y a-t-il en cette nuit; sentinelle, qu'y a-t-il en cette nuit?

12. La sentinelle répondit: Le matin est venu, et cependant la nuit est proche. Si vous cherchez, cherchez bien; tournez-vous ici, venez.

13. Prophétie contre l'Arabie. Vous dormirez au soir dans le bois, dans les sentiers de Délanim.

14. O vous qui habitez la terre du midi, venez au-devant de ceux qui ont soif, et portez-leur de l'eau; venez au-devant de ceux qui furent, et portez-leur du pain;

15. Car ils fuient devant les épées, devant l'épée qui allait les percer, devant l'arc bandé, et devant une sanglante mêlée.

16. Voici en effet ce que le Seigneur m'a dit: Je ne donne plus qu'une année à Cedar, comme on marque une année précise à un mercenaire, et après cela, toute sa gloire sera détruite.

17. Le nombre même des plus forts archers de Cedar, qui seront restés, ira en diminuant; car le Seigneur Dieu d'Israël a parlé.

presertim in Palestinâ. Videtur enim affinitatem habere cum verbo *naqaph*, quod *conternere* significat, deinde et pro *plaga* ipsâ accipitur, ac demum pro *locis aridis et infrugiferis*, quod plaga australis Palestinæ deserta esset, etc. Hoc certè loco pro *vento ipso Austro seu Africo accipit*. *Sicut turbines*, inquit (sunt *tempestates*) in Austro, id est, flantibus ventis australibus, quemadmodum Psal. 126: *Reduc captivitatem nostram sicut torrentes in Austro*, id est, flante Austro pluvioso et tempestates ciente, quando torrentes aquas vehementer defurunt; id est, celerrimè et nemine prohibente redue captivitatem, etc. A DESERTO VENT. *Onus scilicet* (1). De visione enim est sermo, ut mox explicabit. Comparat autem revelationem hanc quam super Babylone viderat *turbini seu tempestati australi*; unde à *deserto et terrâ horribili* dicit *adventare*.

(1) Seu mala, calamitates, quæ nuntiat prophetia. (Rib.)

VERS. 2. — VISO DURA. Idem est *onus* apud prophetas quod *visio rerum difficilium* et *que vis tolerari possunt*. QUI INCREPABILIS EST. De significatione verbi *bagad* multa incerta tradunt Hebraei. Ego, quantum conjicere possum ex Scripturis, atque adeo ex modo constructionis cum mem aut cum *beth*, arbitror significare *depopulari, grassari, excurrere sine incurere ad diripienda aliorum bona et vim inferendam*. Vulg. saepe verbo *pravariandi* reddidit; hic aliter. Vide infra cap. 55, ubi etiam verbo *vastandi* conjungitur, sicut hoc loco. Est autem hic participium bis positum, prout in figurâ emphaticâ *haboged*; quod tanquam nomen cum Vulg. accipio, *depopulator, grassator, qui in alios solet vi incurere*; posterius verò pro verbo, q. d., *depopulatores depopulantur, vastatores devastant*, significans se videre velocissimos Medos et Persas, qui excursionibus et depopulationibus faciendis præstantissimi habebantur, in Babylonem preparare. Quid si he præpositum nominibus illis motum notet? certe tunc sic reddere potes: *Ad incursorem incursor, et ad vastatorem vastator adventat*; sed priorem interpretationem magis probo, ut accipit Vulg., licet in reddenda verbi significatione variet. ASCENDE, *ELAM*, etc. Ipse quod dixerat interpretatur. Videbat autem propheta Deum, tanquam summum imperatorem, Medos et Persas adversus Babylonios incitantem, CESSARE FELICIONEM GEMITUM EIUS. Vel quem Babylonii edere faciebant, vel gemitum Medorum et Persarum; quasi significet Medos et Persas strenuè dimicatuos et itineris laborem alaceri animo devoratuos; ut sit idem quod supra 5, 26, 27: *Festinus veniet; non erit deficiens neque laborans in eo*. Poterimus etiam dicere esse periphrasim crudelitatis eorum; ut sit quod supra, cum de eversione Babylonis ageret, dicebat cap. 45, 17, 18, quòd *interficere parvulos, et disciderent uteros absque ullâ miseratione*. Quid si puncta negligas, et verbum *hischebathi* non primam personam *schabath*, sed verbi *schab* in hiplili esse dicas? id est, *redari, revocari, vel reddidi*; in quâ significatione accipitur Gen. 50: *Reddendo reddet nobis omne malum*. Esset itaque sensus: *Reddam Babylonis omnem gemitum eorum, ut gemant ipsi sicut alios gemere fecerunt*.

VERS. 3. — REPLETI SUNT LUMI MEI, etc. In seipso exprimit propheta quam dura, quam difficilis et quam terribilis fuerit illa visio, quæ, cum damna Babylonis intelligeret, quæ nihil ad Judæos affinitate pertinebat, adeo tamen eum conturbavit et perturbavit. Voces faciles sunt et frequentissimæ prophetis in luctu et tristitia; et earum propriam significationem, quoad potest, expressi. Sequens quoque versiculus eò tendit.

VERS. 4. — EMARCUIT THA verbo errandi reddidit Vulg. non uno loco, ut infra 35: *Omnes nos quasi vees erravimus*. Errare autem cor est timentium; cuius oppositum est *invenire cor*, id est, audere. Alii, neque male, verbo *palpitandi* hic reddunt; sed ego propriam significationem volui retinere. TENEBRE. *Phalath* Vulg. Job. 21 tremorem vertit; atque ea est

propria nominis significatio, à verbo *phalath*, quod semel tantum legitur, idque in quartâ, Job. 9: *Contremiscent*, etc. BABYLON. Vulg. Interpres *nescheph* nomen obscuritatis seu *crepusculi* figuratè pro *Babylone* hic poni existimavit. Neque desunt inter Rabbinos qui dicant versus hos dixisse Isaiam in personâ Balthasaris regis Babylonis, qui grande convivium cum fecisset, vidit *mannam scribentem*, etc.; unde eum ingens horror invasit, etc.; at nihil obstat quominus hæc omnia de Isaiâ intelligamus, qui describat quam gravis et horrenda visio isthac fuerit, dicatque *noctem desiderit sui*, id est, etiam tempus otio et quieti accomodatam, cujusmodi est nocturnum tempus, unde et ab omnibus desideratum, *versum sibi fuisse in horrorem*; cumque à diuturnis laboribus sese quieti vellet dare, hæc visione maxime se perterritum. Quemadmodum Job. 7: *Ni dicerem: Convolabit me lectulus meus, et relevabor loquens mecum in stratu meo, terribis me per somnia, et per visiones horrore concuties (vel exagitabis) me*; id enim proprie significat verbum *baath*, quo hic etiam usus est Isaias. Cæterùm de nomine *nescheph* jam supra dictum est, quòd tempus illud designet quo aut tenebræ luci aut lux tenebris adveniens miscetur: hic ergo noctem significat parte pro toto sumptâ; ut vel hinc videas quam fuerint propheta à deliciis et voluptatibus hujus vitæ alieni, qui ne de nocte quidem quiescere poterat, aliena mala cogitantes et vehementer sentientes.

VERS. 5. — CONTEMPLARE IN SPECULA. In accusativo legendum puto in *speculam*; illud enim *hi* præpositum nomini motum significat. Qui enim sibi timent ab hostibus, oculos frequentissimè dirigunt in speculatores, quos in speculis et editis locis habent constitutos. Et *tsaphah* aliis atque aliis punctis variè accipi potest. Vulg. in imperativo; ego libenter in infinitivo acciperem, et cum singulis verbis conjungere: *Pone mensam, speculando comede, bibe speculando*; quasi significet propheta Babylonis jamjam instare hostes, neque cibum sumendum absque sollicitudine, neque debere eos vel tantillum à speculatore oculis detorquere; quod etiam magis exprimit dum subito addit: *Surgite, principes*. Illa itaque duo verba *schathoh* et *acel* in imperandi formâ legenda puto, sicut et primum *arec*; sic enim sensus planus erit. ANAPITE. Non dabium quin sensum voluerit reddere; nam verbum hebraicum *angere* significat, ungebantur autem oim clypei, quando eundem erat ad prælium (4).

(4) PONE MENSAM. In hoc alloquitur Balthasar, qui fecit grande convivium, Dan. 5. Dicunt enim aliqui, quòd Cyrus et Darius fuerunt in hoc convivio invitati à Balthasar, eò quòd dolose simulaverunt se velle pacificare cum eo, et sic recedere cum amicitia federe, propter quod Balthasar fecit eis convivium. Sed hoc non videtur verum, quia Dan. 5 dicitur: *Balthasar rex fecit grande convivium optimatibus suis*. Si autem fecisset illud convivium Cyro et Dario regibus, principaliter fuissent expressa eorum nomina; propter quod dicunt Hebraei, quòd fecit illud convivium suis principibus, æstimans dictum Jeremiae fuisse falsum

VERS. 6. — DOMINUS. *Elac Adonai*, Ferè omnes interpretatur *eti ad me*; nec dubium quin ita interpretari possit. At cum Vulg. hoc omiserit, probabile mihi visum fuit eum pro nomine *Dei* cum affixo accepisse, *Deus meus*. Jam nomen quod sequitur etiam esse cum affixo puto, *Adonai, Dominus meus*. Neque mihi objicias puncta, quæ sæpè parvi sunt faciendâ. Reddit autem propheta rationem quare principes ad arma sic compellaverit, simulque aperit manifestiùs quænam fuerit visio illa horrenda. Per visum ergo sibi visus est Isaias ex præcepto Domini *speculatorem constituere*, eique imperare ut, *quidquid viderit annuntiaret*. Et quocumque. Vulg. conjunctionem supplevit, ego relativum subintellectum.

VERS. 7. — CURRUM. Statim eandem vocem *ascensorem* interpretatur; utrumque enim interdum *rekeb* significat à verbo *rakab, superrectus est, vel superferrebatur*. DECURRITUR. *Temed* est, quod Latinis *par; pharascim* verò dicunt sapiens equites significare. Itaque hæc interpretatione Vulgatus vult ut intelligamus *currum unum qui trahebatur ab asino atque camelo, portò tam asinum quam camelum suum habuisse vectorem*. Neque est qui meritiò hanc interpretationem vituperet. At alteram adducere nemo prohibet, quam ut non priori præfero, ita in gratiam eorum qui Hebraicè nesciunt eam proponam, videlicet quòd *speculatore viderit currum qui trahebatur ab asino et camelo, unum autem vectorem haberet currus, qui dicebat quæ versu 9 continentur, etc.* Ter ergo in hoc versu *rekeb* pro *curru* accipio, *pharascim* autem pro *animalibus jugalibus, seu quæ jugo junguntur*: id enim interdum significat vox, etiamsi equi non sint. Vide infra 28, 28, quid de hæc voce sentiendum sit. Quòd ergo prout dixit *temed pharascim, currum bijugorum*, id est, duorum animalium junctorum, idem repetit exponendo cum ait, *currum asini, currum camelii*, id est, currum qui ab asino cameloque trahebatur. Latini dicerent: *Vidit bigam asini et camelii*; nam antiqui numero quoque singulari *bigam* dicebant. Equi autem bigarum *bijugi* appellantur. Ideò *currum bijugorum* dixi, ne equos dicerem qui equi non essent, sed *asinus atque camelus*. Significationem autem et causam hujus conjugationis vide versu 9. DILIGENTER MULTO INTUITU. Vulg. sensum expressit, nisi quòd ad sensum cernendi retulit; videtur autem propheta significare quòd non solum vidit *currum, sed summâ attentione attenderit* speculatore si quò audiret.

de exterminatione regni sui, quia terminum positum Jerem. 29 creditur esse transactum: propter quod in Dei contemptum fecit apportari vasa Dei in illo convivio. Et quia ex hoc meruit à Deo contemplari, ut ibidem dicitur, idè sequitur CONTEMPLARE, scilicet, manum scribentem sententiam Dei contra te, contra candelabrum in superficie parietis aulae regie, cujus scriptura, et expositio diffusè ponuntur Daniels c. 5. CONSERVATES ET BIENETES, etc. Quasi dicat Propheta: non est vobis tempus festinandi, sed magis vos defendendi: quia eodem nocte Persæ et Medi intraverunt civitatem modo supradicto, et interfectus fuit Balthasar cum populo suo, Dan. 5. (Lyranus.)

VERS. 8. — UT LEO. Vulg. supplevit notam similitudinis, quòd Hebraei aut interdum omittunt. *Vocavit (sen clamavit) ut leo*, id est, ingenti voce et horribili. Si quis tamen diceret *arete* pro nomine proprio speculatoris accipiendum, secutus Septuaginta, qui, teste Hieronymo *Ὠρίπυ*, hoc loco dixerunt, quem supra, cap. 8, *testem fide dignum* vocaverat, quasi eundem per visionem constituisset Isaias speculatorem, fortassè non valde absurdam sententiam affirmaret, etiamsi eam Hieronymus non probet.

VERS. 9. — *Fui, inquit, super speculam atque custodiam meam; et ecce iste venit currus viri bigæ, et respondit*. Id est: Ecce qui vehebatur illâ bigâ quam vidi, respondit, etc. Verbum autem respondendi Hebraicè, præsertim si sequitur verbum *dicendi*, aut simile, non semper est ad interrogata respondero, sed novum sermonem subjeit vel attestat, q. d., *iterum dixit, vel et subjiciens dixit*. Non enim puto ad speculatorem verba, *cecidit, cecidit, etc.*, referenda, sed ad veterem. COSTRITA SUNT. Sensus expressit. Verbum enim est sing., *confregit, nempe Deus, vel hostis*. Sed quis erat hic qui *bigâ vehebatur*, quam trahebant *asinus atque camelus*? Deum profectò hic vir designabat, qui per socios Persas atque Medos in Babylonem ferebatur. Asinus enim atque camelus ad labores tolerantes apta sunt animalia, quibus indefessi milites Medorum atque Persarum designantur; de quibus supra vers. 2 dictum est. Sed cum *Babylonis eversione* victoriam Christi de mundo pro cruce et Evangelium figurât, *vector* quoque hujus *bigæ* Christum Dominum designabat, qui *mundum vici*, vectus per universum orbem per indefessos Apostolos, qui non se sed Christum Dominum prædicabant. Unde hic non falcatus currus, non feroces equos, sed mansueta animalia, etque imbellia, audis currum trahere. *Inferna enim elegit Deus, ut confundat fortia*. Vector hic ergo Christus est, qui in hodiernum usque diem *Babylonem et ejus idola* non cessat *confringere*, Ecclesie sue *moderator et rector*. Nam vox *rekeb* simul cum *superrectatione*, etiam *moderationem, gubernationem, presidentiam et administrationem rerum publicarum* notat Hebraicè scriptoribus; quòd nimirum illi qui vel ad regni administrationem accedendi et inductorandi erant, aut qui jam rerum gubernacula tenebant, curru vehi non raro solebant, ut etiam mulo vel equo; sicut cum Josephum gubernatorem Ægypti designavit Pharo. David quoque *illux, suum super mulam*, etc., 1 Reg. 1. Aut etiam quia ut vectores seu rectores currum seu alia jumenta habentis pro arbitrio moderantur, ita illi etiam consiliis, prudentiâ, legibus populum sibi subditum gubernant. Unde et Deus rector *calorum* dicitur Deut. 33, id est, qui ubique, quâque patet caelum, omnia gubernet. Quare et Scriptura rerum omnium administrationem tanquam vehiculum seu quadrigam adumbrat, ut in visione Ezechielis cap. 1 et 10 apparet. In quâ veluti in quadrigâ sunt *quatuor animalia et quatuor rote*; et quidem supernè apparet firmamentum, quod *suos quadrigam eum operimentum* expan-

ditur, et super tegumento est sella seu sedes, in qua gloria Dei residet, qui quadrigam roce omnipotentia suae regit moderaturque, in quatuor partes orbis, id est, quocumque vult, pro nutu et arbitrio suo agit. Ad quem vectorem et quadrigam Paulus ad Hebraeos initio statim haud dubiè alludit, cum ait: Qui moderatur omnia verbo potentiae suae. Nam si singulae ratione perpendis, similitudinem reperies. Ut enim Ezechiel gloriam Domini dicit vèhi super quadrigam, atque voce omnipotentiae eam moderari; ita Paulus Christum, quem vocat splendorem gloriae, moderari omnia verbo potentiae suae scribit; deinde veritatem vocem Hebraeam rokeb participio Graeco ἡγήσας, quod hoc praecipue in loco non tam est portans, id est, laudans, quam agens seu movens ac gubernans; siquidem ἐπιτάσσας Graecis dicuntur quae impetu quodam aguntur, sicut et Petrus in posteriore Epistola, cap. 1 usus est: Spiritu sancto agitati seu impulsivi; et ἄνευ καὶ ἡγήσας dicitur qui suo arbitrato moderatur aliquid; non aliter atque Hebraeis verbum rabab. Regnum ergo Christi per Evangelii vocem per totum orbem divulgandum, quod Ezechielis visio significabat, hic paulo aliter Isaiae revelatum est, dum videt ruere Babylonem, et universa idola eius confringi.

VERS. 10. — TRITURA MEA. Sermo est Isaiae ad populos suos quos vocat granum excussum, quod videret ingentia mala quae illis imminerent, quodque decrevisset Dominus eos veluti frumentum conterere, ut infra copiosius dicitur. Neque affectu compassionis carent verba haec: in commemoratione enim calamitatum harum gentium semper prophetae animus ad populum Dei intentus erat. Propter eos enim isthaec omnia Deus revelabat, et prophetas annuntiare compellebat, nunc ut sibi caverent, nunc ut externis auxiliis non fiderent, sed Deo, qui esset universorum Dominus et Iudex, morem gererent. Invenit ergo se esse speculatorem à Deo constitutum in populo, qui ei annuntiat quae forent necessaria; quae autem processerunt, figurata esse. Potest hic versus et ad Babylonios pertinere; sed prior sensus magis mihi placet. Notus autem Hebraismus est *filius areae pro tritico*, etc.

VERS. 11. — AD ME CLAMAT. Tertia persona impersonaliter accipitur, id est, ad me clamatur; vel potius, videor mihi audire clamorem ex Seir usque, in hanc sententiam: Custos, quid, etc. Significat itaque Isaia se speculatorem, ut supra dixi, et Idumaeos, qui montana Seir habitabant, vel indè rogare se quidnam viderent, vel quid nocte de adventu hostium perciperent. His respondet custos seu speculator ille.

VERS. 12. — VENIT MANE, ET NOX; q. d.: Cur ex Seir interrogatis si quid observatum aut exploratum habeam? Istud est hominum parum res suas curantium, ad minimè credentium me posse quae futura sunt eis annuntiare. Venit mane, atque etiam nox. Succedit nocti dies, et diei rursus nox. Nihil aliud audire digni estis. Si vultis ex me verum elicere, studiosè et diligenter elicite, nimirum me convenientes, neque ex tam longinquo loco rem tanti momenti ne-

gligentem et oscitanter interrogate. Hanc credo esse huius loci germanam expositionem. Possumus et per mane ac noctem prospera atque adversa intelligere; q. d.: Video prospera atque adversa: si quis autem quibus aut quando prospera, rursus quando et quibus adversa ventura sint, ediscere vult, non ex Seir interroget, sed serio veniat, accedat, roget, redatque iterum, etc. Si queritis. Baah est ererere, seu elicere aliquid ex personâ seu re quod latebat. Est autem futurum, elicitis, id est, si vultis, si in animo statuitis elicere, etc. CONVERTIMINI, vel revertimini, venite, id est, iterum venite. Coniunctio non est in Hebraeo. Quamvis nihil durius hic in Idumaeam loquatur, omnis nihilominus et visionem gravem vocavit, quae imminentibus undique malis, illi magna securitate, quasi res sua non ageretur, perfereretur, atque ex longinquo perunceretur num custos de nocte quidquam animadvertisset.

VERS. 13. — IN ARABIA, vel in Arabia. Beth enim utroque modo sumi potest. Cum autem sit omnis, id est, visio gravis, et rerum adversarum, non abs re fuerit pro in seu contra accipere. DORMITIS. Credi derim esse sermonem de Israelitis qui ad Arabes Iuri erant profugi cum vastaretur Iudaea, apud quos tamen nihil humanitatis experirentur; quare et ipsi Arabes vastati sunt. Ergo v. 13, 14 et 15, causam calamitatis exponit, non ipsam calamitatem. Vide alteram expositionem. n. 15. IN SEMITIS. Hebr. Non habet in, sed repetendum videtur beth, quod praecessit in nomine silva. Pernoctabitis, inquit, in silva qua dicitur Dedanim, id est, ad populum qui ex Dedan filio Chus, qui fuit filius Ham, genitus est. Non ergo legendum Doolanin; hic enim filius fuit Javan, à quo Rhodios dictos arbitror. Utrumque habet Gen. 10. Sunt autem Dedanim Arabes qui Desertam Arabianam incolerant, vicinam Moabitis atque Ammonitis; de quibus legitur Deut. 25 et Neth. 15: Non praevenerunt Israelitis egredientes ex Aegypto cum pane et aqua. Ad quem locum hic alludit Isaia, quasi eorum exemplum secuti sint vicini Arabes. Nam quod sequitur v. 14, ironice accipiendum est; quod tam ex nomine oneris quam ex v. 16 colligi potest.

VERS. 14. — FERTE. Verbum est athah, vel hathah quod anomalum est, et venire significat; hic irregulariter in praeterito tertia accipitur, fecerunt venire, attulerunt; nam et Vulg. in tertia accepit: habetque Ios mobile pro he finali, et primum he abiecit propter he characteristicon conjugationis. Ut autem potius accipiam in praeterito affirmativè, ironice tamen, facit relativum quod sequitur, occurrerunt cum pane suo, quod Vulg. omisit, secutus orationem imperativam, quae non multum alienum sensum generat. AUSTRI, vel meridiei; id enim videtur significare thema, ut Hier. et Chald. interpretati sunt, quantum rarum est hoc nomen. Cum aaleph hic et Job 6 tantum legitur; cum nun autem frequentius theman, quasi dextra pars mundi aspicientibus ad Orientem. Et Arabia, de qua est hic sermo, ad meridie est Palaestina. Fortè est nomen proprium loci. Utcumque sit, hospitalitas

commendatur, et ut alienis malis condoleamus. Unde et versus sequenti miseriam auget.

VERS. 15. — IMMINENTIS. Natasch, liberè dimittere rem vel personam significat. Hinc gladium dimissum intellige eadem grassantem absque lege, jure et modo. GRAVIS PREDI. Gravem interdum usurpant Hebraei pro mego. Milecamah autem propriè incisionem et eadem significat, quae gladio fit; unde reddere posses à facie maxima caedis. Quos autem non inanis metus fugat, sed ingentia pericula extra suos lares exulare compellunt, digni sunt quorum alii miserentur. In factis verò calamitatibus et eventibus pericula aut levia, quae nonnisi ignavos terrent, misericordiam non commoveri non usque adeò inhumane est. Charitas tamen christiana semper misericordiam plena est. Possunt et haec sic accipi: Vos, Arabes, fugientes hostes, sub noctem pernoctabitis in silva versus Dedanim. In occursum fugientibus vobis attulerunt aquas, et cum panibus suis habitatores terra Tema occurrerunt vobis (praeterita pro futuris); nam, fugiebatis à facie gladium. Vel certè in imperativo legendum cum Vulgato, occurrite cum pane suo, id est, quod indigent; vel suo, qui eis ratione humanitatis et hospitalitatis debetur. Quibus significat fugam Arabum praecipiem et acceleratam.

## CAPUT XXII.

1. Onus vallis Visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti et tu omnis in tecta?

2. Clamorisi plena, urbs frequens, civitas extans: interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello.

3. Cineti principes tui fugerunt simul, durèque ligati sunt: omnes qui inventi sunt, vinciti sunt pariter, procul fugerunt.

4. Propterea dixi: Recedite à me, amarè flebo; nolite incombere ut consolemini me super vastitate filiae populi mei.

5. Dies enim interfectionis, et conculcationis, et fletum, Domino Deo exercituum in valle Visionis: scrutans murum, et magnificus super montem.

6. Et Elam sumpsit pharetram, currum hominis equiliis, et parietem nudavit clypeus.

7. Et erunt electae valles tuae planae quadrigarum, et equites ponent sedes suas in porta.

8. Et revelabitur operimentum Iudae, et videbis in die illa armamentarium domus saltus.

9. Et scissuras civitatis David videbitis, quia multiplicatae sunt; et congregatis aquas piscinae inferioris.

10. Et domos Jerusalem numerastis, et destruxistis domos ad munendum murum.

11. Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinae veteris; et non suspexistis ad eum qui fecerat eam, et operatore eum de longè non vidistis.

12. Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum et ad planctum, ad calvitium et ad cingulum sacci.

13. Et ecce gaudium et letitia, occidere vitulos et jugulare arietes, comedere carnes et bibere vinum.

VERS. 16. — IN UNO ANNO, vel dim adhuc annus, id est, infra unum annum. QUASI IN ANNO MERCENARI. Est in plurali; id est, non ultra extendetur: quemadmodum mercenarii non patiuntur addi aliquot dies anno pro conducti sunt. CEDAR, vel Kedar, nepos fuit Abraham, filius Ismaelis, à quo regio eodem nomine cognominata fuit Arabia Petraea, et populus illius regionis Agareni ab ancilla Abraham Agar dicti sunt; qui corpore ob solis aetum fusco, sagittandi artis peritissimi, et peccoribus tantum et raptu vivunt. Cedar enim est obscurum esse. De his infra 42 et 60. Sunt enim populi infensissimi populo Dei.

VERS. 17. — ET RELIQUIE NUMERI. Ad verb., relinquatur numerus arcus, id est, pauci. Ita enim accipitur interdum nomen sic reddi: misephar, vel Kedar numerus arcus fortium filiorum Kedar, pauci erant. Nam shechar nomen collectivum cum verbo plurali construitur. Huiusmodi sensum expressit Vulgatus. Per Assyrios enim debellati sunt. Verum quia credere huiusmodi gentem debellandam, quae desertis assuetâ, cursu velocissimorum equorum hostes facile eludere solebat, neque civitates habebat quae obsideri possent, non ita facile erat, addit confirmationem, quod Dominus sit locutus, ad cuius iram vitandam nullae vires aut artes valent.

## CHAPITRE XXII.

1. Prophète contre la vallée de Vision. D'où vient que tu montes ainsi en foule sur les toits?

2. Ville pleine de tumulte, ville pleine de peuple, ville triomphante, tes citoyens, tués, ne sont point morts par l'épée, ne sont point tombés dans la mêlée.

3. Tes princes tous ensemble ont pris la fuite; ils ont été chargés de rudes chaînes. Tous ceux que l'ennemi a trouvés ont été enchaînés ensemble, quoiqu'ils se fussent entés bien loin.

4. C'est pourquoi j'ai dit: Retirez-vous de moi; je répandrai des larmes amères; ne vous mettez point en peine de me consoler sur la ruine de la fille de mon peuple;

5. Car voici un jour de carnage, un jour où tout est foulé aux pieds; un jour de cris lamentables, que le Seigneur Dieu des armées envoie en la vallée de Vision; jour qui s'ape la muraille, et qui fait paraître sa gloire sur la montagne.

6. Elam prend déjà son carquois; il prépare ses chariots pour ses cavaliers; il détache ses boucliers des murailles.

7. Tes plus belles vallées sont couvertes de chariots de guerre, et la cavalerie ira se camper à tes portes;

8. L'ennemi détruira toutes les murailles qui couvraient Juda; et vous jetterez alors les yeux sur l'arsenal du palais de la forêt.

9. Vous remarquerez le grand nombre de brèches de la ville de David, et vous amasserez les eaux de la piscine d'en bas.

10. Vous ferez le dénombrement des maisons de Jérusalem, et vous en détruirez une partie pour fortifier la muraille.

11. Vous ferez encore un réservoir d'eau entre deux murs auprès de la piscine ancienne, et vous n'élèverez point les yeux vers celui qui l'a faite, et vous ne regarderez pas même de loin celui qui en est le créateur.

12. Alors le Seigneur Dieu des armées vous invitera aux haras et aux soupirs; à raser vos cheveux et à vous revêtir de sacs.

13. Et au lieu de cela, vous ne penserez qu'à vous